Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

audiebant eum illos loq
tes linguis et magnifi
cates deum Tunc respondit petr
us numquid aqua quis prohi
bere potest ut non baptizentur hi
qui spiritum sanctum acceperunt
sicut et nos Et iussit eos
baptizari in nomine domini
nostri ihesu xpi Alla ℣ E
mitte spiritum tuum et creabuntur
et renovabis faciem terre Alla
℣ Spiritus domini replevit orbem
terrarum et hoc quod continet
omnia scientiam habet voces

Sequencia

Veni sancte spiritus et emitte
celitus lumen tue radiancie Veni
pater pauperum veni dator mu
nerum veni lumen cordium Con
solator optime dulcis hospes
anime dulce refrigerium Eu la
bore requies estus temperies
in fletu solamen O lux beatis
sima reple cordis intima
tuorum fidelium Sine tuo
numine nihil est in homine
nihil est innocuum Lava
quod est sordidum riga quod
est aridum sana quod est saucium
Flecte quod est rigidum fove
quod est frigidum rege quod est devium
Da tuis fidelibus in te confi
dentibus sacro septenario
Da virtutis meritum da salutis
exitum da gaudium
et illo tempore Sin johes
dixit dominus Sic enim deus
dilexit mundum ut filium suum
unigenitum daret ut omnis
qui credit in eum non pereat
sed habeat vitam eternam Non
enim misit deus filium suum
in mundum ut iudicet mundum
sed ut saluetur mundus per
ipsum Qui credit in eum non
iudicatur Qui autem non cre
dit iam iudicatus est quia
non credit in nomine unigeni
ti filii dei hoc est autem iudicium
quia lux venit in mundum
et dilexerunt homines ma
gis tenebras quam lucem
Erant enim eorum mala opa
Omnis enim qui male agit
odit lucem et non venit ad
lucem ut non arguantur opa